

ab anno 1700.

L I T V R A

fcu

CASTIGATIO CANCELLARIAE HISPANICÆ

à

L V D O V I C O C A M E R A R I O

Excancellario Bohemico, Exconsiliario
Heidelbergensi &c. instructæ.

AUCTORE

F A B I O H E R C Y N I A N O

L G

*Calvinistarum non possunt mille litura
Emendare libros, una litura potest.*



B R V G G H O V I I

T Y P I S V I C T O R I S H a u g e r i c h t /

M. D C. XXIII.

*Der papa verzuu
Dr. Marquett.*

Fu¹¹ ludovicus Camerarius non est auctor pueris; 100 puer contra agit
verbi et huius liber. Inductus noster in hac epistola, 100 illius Cuius corruget.
mo^m memor habet
elypat figura
videt.



LUDOVICVS CAMERARIUS

LECTORI



ALVTEM dico, quam ipse non ha-
beo; adeò in hac acerba fortuna hu-
manitatis memor, ut mecum perire
neminem velim: sine me omnes, qui
sine me esse volunt, quales Papistæ
sunt, procul dubio iustam virtutem nondum ade-
pti, quòd mihi similes, factiosos homines, tolerare
nesciant, materiam virtutis. Ego, mi Lector, quòd
iam nōsti, Consiliarius Palatini Principis fui, elo-
quentiā & ingenij gloriā inter meos ferox; operā
primam dedi, ut Princeps meus maior fieret, ne mi-
nor ego manerem, humilium enim est loco intra
fortunam suam stare; maior indoles altiora spectat:
& audendum omnino illi est, qui nobilitari cupit.
Ad incrementum autem honoris nostri, opportu-
num videbatur, quia Domi crescere non licebat,
foris ceruicem attollere, atque per speciosos gradus

INGRESSVS IN CANCELLARIAM HISPA- NICAM.



Et vs Germanis dictum est, à Verbis ad Verbera deueniri; plerumq; enim in rixis contingit, vti accensa per iracundiam lingua tixantium manus prouocet. Calvinistæ, vt omnia solent, & dictum, & factum inuertunt, post Verbera ad verba descendunt. Multis abhinc annis armaria Germaniæ impleuere, comparatis omnis generis belli Instrumentis, vti data aut quæsitâ occasione Catholicos fide antiquâ, ac innocentia fiduciâ securos inuadcent, pessimeque multarent, Religionis odio, licet non displicerent etiam regiones, quas suæ ditionis adlaborabant facere.

In Bohemia fato urgente vesaniæ initium datum, leui ab initio, & affectato. Libido inuasit Calviniano spiritu ebrios in alieno profanum fanum ædificandi. Cum obsisteret fundi Dominus, & temeritas non inueniret patrocinium Pragæ apud Iustitiæ Præfides, patratum est facinus quale in paucis vidit omnis retro ætas. Proceres regni & regi proximi per futorem arrepti, atq;